

FELICIAN NINGUARDA
UND SEINE VISITATIONSTHÄTIGKEIT
IM EICHSTÄTTISCHEN.

VON

J. SCHLECHT.

(Schluss).

Noch unaufgeklärt sind die Gründe, warum die bayrische Regierung die Publication des Concordats von Jahr zu Jahr verschob ¹⁾, so dass es in der Praxis beim Alten blieb, die weltlichen Beamten in bisheriger Weise in geistliche Befugnisse eingriffen und die Klagen der Ordinariate fort dauerten, bis endlich (im J. 1592) die Publikation erfolgte ²⁾. Doch diese Bemerkungen fallen bereits ausserhalb des Ramens der Aufgabe, die uns hier beschäftigt ³⁾.

1) *Fr. Wimmer*, Bibliographie des bayerischen Concordats vom Jahre 1583. Mit fragmentarischen Notizen aus der Gesch. der Publikation dieses Concordates. München 1853. (Separatabdruck aus dem fünften Bande von Deutingers « Beyträgen. ») S. 8-22.

2) *Wimmer* S. 22.

3) Zur Gesch. des Concordates siehe noch *Friedberg* S. 185 bis 225 und 827 bis 836 und Dr. Ed. *Rosenthal*, *Geschichte des Gerichtswesens und der Verwaltungsorganisation Baierns*. Bd. I. Würzh. 1889 S. 45 bis 48 und S. 506 bis 529, wozu *Histor. Jahrbuch* X, 907-909 zu vergleichen.

Ninguarda hatte inzwischen (6. Juni 1583) seinen Bischofs-sitz Scala mit dem von Santa Agatha dei Gothi vertauscht, der durch Tod eben frei geworden war ¹⁾. Er hatte denselben inne bis zum 15. Oktober 1588, wo er auf das Bisthum Como am Gardasee transferiert wurde. Dort starb er am 5. Juni 1595 ²⁾. Cesare Cantu ³⁾ rühmt von ihm seine wissenschaftliche Bildung und seinen Eifer in den Visitationen ⁴⁾. „ Er liebte die Gelehrten, wie die grosse Zahl seiner eigenen Werke beweist; er war freundlich, freigebig und eifrig bedacht, die religiösen Neuerungen zu unterdrücken „ ⁵⁾.

Man muss die Art und Weise, wie Ninguarda bei seinen Visitationen zu Werke ging, die planmässige Methode, möchte ich sagen, nach welcher er die Wiederbelebung des religiösen Geistes im bayrischen Klerus anstrebte, im Einzelnen studieren und an konkreten Beispielen verfolgen, um seine Stellung in der katholischen Reformbewegung des 16. Jahrhunderts recht zu würdigen; gewiss, wenn Einer, so war er

1) Gams 846.

2) Gams 787.

3) *Storia della città e della diocesi di Como* vol. II (Como 1831), S. 295.

4) Seit seiner Regierung besitzt die Diözese vollständige und ausführliche Visitationsakten. Aeltere, die er noch vorfand, liess er kopieren, darunter solche, die bis auf Bischof Litigerus (11. Jahrh.) zurückreichen. *Cantu S. 295 Anm.*

5) Das Obige war bereits geschrieben, als ich bei *Quetif-Echard* Script. ord. praed. tom. II. (Lut. Paris 1721) S. 313 f. auf bibliographische Daten stiess, die N. auch als fruchtbaren ascetischkanonistischen Schriftsteller erscheinen lassen. Da es mir ferne liegt, hier eine erschöpfende Darstellung seines Wirkens zu geben, sehe ich von Nachtragung derselben ab, gedenke aber an anderer Stelle sie zu verwerthen. Nach *Reinhard* S. 24 enthält auch Clm. 1373 Bl. 309 ff. Briefe von Ninguarda und Clm. 2176 wurde bereits von *Friedberg* benützt in Beil. I. S. 827. Vgl. dazu die Litteraturangabe bei *Sugenheim* 581 ff.

berechtigt, ein Handbuch der Visitationen zu schreiben, wie er denn wirklich ein solches im Jahre 1589 zu Rom in Druck erscheinen liess, worin er die reiche Erfahrung langjähriger Thätigkeit für Andere nutzbar niederlegte ¹⁾. Ein solch konkretes Beispiel bietet uns der Besuch, welchen der Bischof von Scala im Februar 1580 in der *Diözese Eichstätt* machte. Hören wir darüber die interessanten Mittheilungen seines Secretärs in ihrem Wortlaute ²⁾:

Acla per episcopum Scalensem, nuntium apostolicum, in ea Bavariae parte, quae sub diocesi Eichstadiensi est.

Ratisbonensi dioecesi contiguus est *episcopatus Eychstadiensis*, qui etiam in Bavariam extenditur. Episcopus ipse dominus *Martinus* ³⁾ integerrimae vitae ⁴⁾, sed timi-

1) *Manuale visitorum... omnibus qui eo munere funguntur commodum*. Romae 1589. (Quetif-Echard p. 314).

2) Var. Pol. CII, 141 v. ss.

3) Martin von Schaumberg, erw. den 17. Juli 1560, gest. den 28. Juni 1590.

4) Damit stimmt *Eiszepfs* Urtheil: « Das kann ich stillschweigend nit umbgehen, dass, nachdem I. F. G. in der Jugend nicht wegen menschlichen Bedenkens oder Gelegenheit, sondern nach rechtem Beruf den geistl. Stand als den bessern Theil vor Gott freiwillig auserwählt, haben sie nit, wie wohl Etlich diss Stands zu thun pflegen, den Pfaffen und den Landsknecht zusammengeheurath, das ein Ohr zu der Welt gehängt: sondern alsbalt diesen Stand mit Besuchung des Gotsdiensts, mit dem habitu und Kleidung, mit reinen, keuschen Sitten und Leben, mit Worten und Werken, mit allem Thun und Lassen also, wie sie gebührt, ausgewartet. » *Leychpredig bey der Christlichen Begrebnuss weyland dess hochwirdigen Fürsten und Herren Herrn Martin von Schaumberg, Bischoffen zu Fystett etc. Ingolstadt 1590*. S. 7; vgl. S. 8: « Vor Allem ist er jederzeit ein sonderbarer Liebhaber und Schützer der Keuschheit und Reinigkeit erfunden worden, der sich niemalen mit dergleichen Sünden beflecket, darmit (leider) ihr mehr als zu Viel, wo nicht ihr ganzes Leben, doch ihr Jugend, schändlich bemayligen.

dus ¹⁾, unde canonici liberius vivunt ²⁾, cum eos coercere non audeat. Fuit nuntius apostolicus aliquando requisitus, ut eo veniret, sed ob alia impedimenta maiora nunquam commoditatem nancisci potuit; ea tamen loca, quae in Bavaria sunt, etiam ad serenissimi ducis petitionem et instantiam visitavit, praesertim *Ingolstadium* primum dioecesis locum in Bavaria, ubi duae ecclesiae parochiales existunt: sanctae Mariae, quae est valde celebris, et sancti Mauricii, in quibus divina officia diligenter peraguntur ac frequentes conciones habentur, praeterea nonnullae aliae ecclesiae minores, qui etiam debite providentur. Est ibidem insignis Universitas, item collegium societatis Jesu cum scholis, et duo alia collegia Georgianum et Albertinum, a ducibus Bavariae erecta. Exstruitur etiam prope scholas societatis Jesu magna domus, in qua nobiles Bavariae et alii adolescentes in convictum suscipi atque non tam in litteris, quam etiam bonis moribus ac pietate christiana (quod maxime necessarium est) recte informari queant. Insuper operam dedit nuntius apostolicus, ut institueretur seminarium pro religiosis Bavariae ordinum sancti Benedicti, Cisterciensis, Praemonstratensis et Canonicorum regularium, ob id quod nuntius ipse cum duobus praelatis a praedictis ordinibus deputatis et duobus commissariis ducalibus Ingolstadium profectus effecit, ut domus ampla emeretur, sed quia postea ad vitandos maiores sumptus aliqui suaserunt, ut in collegio Georgiano etiam religiosi separata tamen habitatione accommodarentur, ita factum est priori domo dimissa. Mandatum est autem omnibus praelatis, ut ad proximum autumnum quisque suos mitteret et praefecti, sub quorum disciplina et cura viverent, nominati.

1) Vgl. damit die Stelle der « *Leychpredig* » S. 15: « Wie gern I. F. G. das ärgerlich' Leben etlicher Geistlichen ganz und gar ausgereutet, das hab in dieser kleinen Zeit, da ich allhier, genugsam vermerkt, wenn sie nur andre tauglich Personen vor der Hand gehabt, damit sich solcher unbussfertiger fleischlicher Leuten Stell' und Ort hätt' mögen ersetzen, oder ihr diess falls vom Etlichen ein grösser Hülff und Beystand wäre geleistet worden. »

2) *Sugenheim*, der S. 107 auf Philipp von Waldenfels exemplificirt, übersieht, dass derselbe ein Jahrhundert früher lebte. Vgl. *J. Sax* Hochstift Eichstätt Nürnberg 1858 S. 172 f.

Sunt quoque Ingolstadii duo monasteria sancti Francisci, alterum fratrum regularis observantiae, et alterum sororum tertiae regulae, cuius curam fratres ipsi gerunt. Ubi sane propter depositionem superiorissae, quam matrem vocant, et circa clausuram, quae lapsa erat, magnas difficultates nuntius apostolicus habuit, quibus tandem superatis et remotis, in integrum restituta est. Quae autem incommoda in dictis monasteriis reperta, et quae etiam remedia adhibita sint, ex summa visitationis et ordinationibus patebit.

Et quia nuntius apostolicus animadverterat in eadem diocesi per loca Bavariae quamplurimas oriri lites et scandala ex matrimoniis clandestinis, eo quod decretum concilii Tridentini nunquam fuerat publicatum, et diversas quoque afferri querelas, quod confessarii poenitentes a casibus in bulla "Coenae Domini" reservatis absolverent, nuntius apostolicus admonuit episcopum, ut tam decretum concilii Tridentini "De matrimonio" quam bullam "Coenae Domini" per totam diocesim publicari et observari mandaret, ut in aliis etiam episcopatibus fieri curaverat. Verum cum propter timiditatem episcopus se excusaret, eo quod metropolitanus suus, archiepiscopus Moguntinus, nondum id fecisset, nuntius apostolicus posuit ipsi sub oculos exempla episcopatum Constantiensis et Augustani sub eodem metropolitano existentium, in quibus ea iam executioni demandata essent; cum tamen nec sic apud episcopum timentem, si quid sine metropolitani exemplo faceret in sua dioecesi, proficeretur, nuntius apostolicus Ingolstadii decretum concilii "De matrimonio" intimari et confessarios admoneri curavit, ne quem a casibus in bulla "Coenae Domini" reservatis absque dispensatione apostolica absolverent.

Auf diese allgemeinen Bemerkungen, die auch einen interessanten Beitrag zur Geschichte der Publikation des tridentinischen Ehedekrets in der Diözese Eichstätt bieten, folgt in unserer Handschrift ¹⁾ dass Protokoll der Visitation, welche Ninguarda in Begleitung des herzoglichen Raths und Theologen Dr. Dominikus persönlich in beiden Franziskanerklöstern

1) Var. Pol. CII, 143.

zu Ingolstadt vornahm. Mag in demselben auch Manches sich finden, was billigerweise unser Befremden erregt, so muss ich doch im Vorhinein konstatiren, dass die geschilderten Missstände Kleinigkeiten sind gegen die Uebel, Unordnungen und Laster, welche der Bischof in so vielen andern Klöstern antraf. Die vor siebzig Jahren stattgehabte Reform wirkte in ihren Folgen immer noch wohlthätig nach und es ist bezeichnend, dass im Frauenkloster gegen die Ausschreitungen einzelner, besonders jüngerer Mitglieder gerade aus dem Schoose des Conventes selber eine lebhaftere Réaktion sich geltend machte. Der Befund der Visitation repräsentirt sich uns folgendermassen:

Summa visitationis duorum monasteriorum Ingolstadiensium fratrum et monialium sancti Francisci regularis observantiae per episcopum Scalensem, nuntium apostolicum, diebus 14. et 15. februarii 1580 peractae.

I. **Monasterii fratrum** ¹⁾.

In monasterio fratrum sunt octo sacerdotes, duo diaconi, et quattuor alii professi chorales, ac septem conversi.

Iuniores sub disciplina regulari continentur habentque duos magistros conventuales, unum sacerdotem morum, et in litteris humanioribus alterum diaconum.

In bibliotheca habent diversos libros prohibitos.

Solent in monasterio institui frequentia convivia et comotationes. Item fratres exeunt tam vesperi quam mane ad

¹⁾ Das Ingolstädter Minoritenkloster wurde 1275 (s. *Glassbergers Chronik* in den Anal. Francisc. II, 88) gegründet und 1466 den Observanten eingeräumt. (*K. Eubel*, Geschichte der oberdeutschen- (Strassburger) Minoritenprovinz, Würzb. 1886 S. 10. 214.) Im Jahre 1584 fand in demselben eine Provinzialversammlung statt. (*P. Adrian* im « Kal. für Kath. Christen » 1884 S. 45).

mensas civium et aliorum, interdumque contigit eosdem ebrios domum redire.

In ceteris vivitur satis bene secundum institutum ordinis, et sunt aliquot iuvenes bonae indolis et expectationis, et nonnulli alii fratres valde timorati; licet aliqui, praesertim guardianus, bona indigeant animadversione.

Guardianus ignorantibus fratribus asservavit in monasterio monialium arculam cum quingentis florenis in diverso genere auri, super qua cum fuisset quaesitum, primum inficias fecit tantam esse summam, sed cum postea rem non esse ignotam intelligeret, integre fassus est. Addebat tamen spectare ad monasterium, idque sciente provinciali factum esse.

Diversi fratres, cum proficiscerentur ad colligendas elemosinas, ingressi sunt monasteria monialium et aliorum ordinum et cum monialibus cibum sumpserunt.

Quidam frater *Michael Marstauder*, confessarius monialium in *Hohenwardt* ordinis sancti Benedicti, cum eo venit, semper adhibetur mensae abbatissae ac monialium.

Guardianus frater *Joannes Longus* frequentat monasterium monialium et aliquando ingreditur vino obrutus, verbisque utitur inter colloquendum minus decentibus cum scandalo illarum.

Guardianus et confessor monialium Ingotstadiensium, ac provincialis, cum adest, et nonnulli alii fratres comedunt aliquando in monasterio monialium mane et vesperi, non modo in refectorio illarum, verum etiam in infirmaria, cum aliquae sanguinem diminuerunt incisa vena ¹⁾.

Licet fratres, cum ingrediuntur monasterium monialium, sint sociati, nihilominus, cum intus sunt, aliquando separantur ac seorsum pro arbitrato manent. Hinc quadam vice frater *Cyprianus Ciporius* praedicator adiit balneum monialium ²⁾

1) Ueber die Regelmässigkeit, womit auch in Klöstern der Aderlass vorgenommen wurde, und den Antheil, den Befreundete daran zu nehmen pflegten, siehe zahlreiche Notizen in dem von mir edirten *Tagebuch der Clara Staiger: Eichstädt im Schwedenkriege*, Eichst. 1889, z. B. 5, 22; 65, 15; 105, 32.

2) Ueber die Gepflogenheit des Badens vgl. das. 96, 31; 144, 29; 149, 12.

ac per foramen fenestrae inspexit guardiano in alio loco existente.

Guardianus cum alio fratre socio semel accessit matrem monialium in balneo existentem, ubi tamen nihil moratus est.

Idem Guardianus alia vice curavit sibi caput lavari a quadam moniali iuvene. Idem fecit alias frater *Franciscus Herminger*, concionator Monachiensis.

Saepius fuit guardianus solus cum matre sola in eius hypocausto et reprehensus in excusationem suam afferebat, quod cum aliquando acciperet ex praedicta summa pecuniae ad monasterii sui usus, manebat ibi ad subducendum calculum nemine alio praesente, quod provincialis vetuisset eam pecuniam fratribus vel monialibus fieri manifestam.

II. Monasterii monialium ¹⁾.

In Monasterio monialium sunt professae 21 et una novitia, omnes chorales, quarum tantum decem gestant velum nigrum.

Habent propriam ecclesiam divo Joanni Baptistae dicatam prope viam publicam. Et quotidie recitant horas canonicas et cursum Beatae Virginis germanice, adiunctis etiam nonnullis orationibus latinis et matutinum media nocte dicitur. Missam quotidie habent a sacellano presbytero seculari.

Confessarius est quidam pater *Christophorus*, eiusdem ordinis, homo simplex, nec adeo eruditus et potationibus admodum addictus.

Conqueruntur nonnullae moniales, quod non concedatur illis bis terve in anno extraordinarius confessor, ut mandant decreta concilii Tridentini ²⁾, nisi quod ordinario confessore impedito guardianus vicem supplet; et provincialis solet audire confessiones illarum post visitationem, quod quibusdam monialibus non placet. Unde suspicio est, aliquas esse habentes conscientias aggravatas, propterea aliquae interdum cuperent habere patres societatis Jesu.

¹⁾ Genannt « zum Gnadenthal », gestiftet 1276 (*Eubel* S. 12.) Historische Notizen im Kal. f. Kath. Christen 1866.

²⁾ Vgl. die 25. Reformsitzung « De regularibus et monialibus » Capitel 10.

Prope altare ecclesiae est sacraria et superius hypocastum, in quo confessor audit moniales confitentes per fenestram parvam ferreis cancellis septam, et tam superius quam inferius est rota parva.

Cum chorus monialium sit in superiori parte, habent ibi fenestram pro communionem adeo magnam, ut per eam possit quispiam facile transire.

Ex templo ad monasterium est ampla porta periculosa et suspecta, per quam ingrediuntur moniales ad aperiendam et claudendam templi portam, quae est ad plateam, et sub praetextu ornandi altaris ingrediuntur templum, cum volunt; praesertim sacrista *Maria Hungerin*, quae est satis audax, et inter illas duas, quae habent peculiarem amicitiam cum duobus fratribus.

Prope ecclesiam est porta ad monasterium, et intra primam et secundam portam est auditorium parvum, ubi sunt fenestra cum cancellis ferreis et rota.

Item habetur domus contigua pro tribus ancillis monasterii; sed procul est alia domus, in qua habitat sacellanus.

Regula semel in mense legitur, et in feriis sextis habetur capitulum, et quotidie legitur ad mensam, atque in reliquis satis bene observatur institutum ordinis, praeterquam circa clausuram, cum intromittantur non solum fratres, sed etiam saeculares, et nonnulla alia, quae contigerunt ex negligentia superiorum.

Licet ante annos 70 fuerit ita reformatum monasterium, ut nulla unquam monialis sit egressa, nihilominus ingrediuntur ad eas non solum fratres ordinis, ut in illorum visitatione dictum est, sed etiam alii utriusque sexus saeculares, et ibi comedunt, imo etiam convivia fiunt intus in exequiis civium et aliorum primatum.

Mater monasterii, soror *Maria Salome Bergerin*, prohiberat monialibus, ne quicquam revelarent. in visitatione reverendissimo nuntio, licet illa ex parte negaverit seque excusaverit.

Eadem mater, etiam sub poena excommunicationis, negavit se aliam habere pecuniam guardiani quam 20 florenos. Tandem convicta flexis genibus deprecata est veniam, fassaque se habere praeterea arculam cum 500 aliis florenis in diverso genere auri, quam manifestare noluit, quia fuerit ipsi vetitum

a provinciali, ne cuiquam hanc pecuniam manifestaret, dicens eam spectare ad monasterium. Quam arculam afferri iussi, praesentibusque confessore et alio conventuali vidi pecuniam dictam assistente domino doctore *Dominico*, theologo et consiliario ducali, iniungens eidem matri sub poena excommunicationis, ne pecunias alicui daret, nisi praesente provinciali et duobus aut tribus ex senioribus fratribus monasterii usque ad aliam dispositionem.

Mater confessa est, se fuisse aliquoties solam cum solo guardiano in proprio hypocausto, sed nunquam ultra quartam partem horae, quin ingressa sit aliqua monialis; et interrogata quid facerent, respondit quod semel habuerint ratiocinium circa supradictam pecuniam, et aliis vicibus consulerit guardianum super negotiis monasterii.

Accusatur guardianus, quod nimis frequenter ingrediatur clausuram monasterii et quod inter eum et matrem monasterii familiaritas sit valde suspecta.

Duae ex iunioribus amicitiam habent cum duobus fratribus cum admiratione aliquarum.

Dicitur guardianus partialis esse, item et mater monasterii.

Reperimus etiam haec et alia similia saecularibus fuisse manifestata per aliquas moniales, bono tamen zelo adductas, ut illorum opera prospiceretur.

Monasterium ex duobus praediis tantum habet frumenti, quantum satis est ad sustentationem, et in prompta pecunia 500 florenos, et quodquod moniales proprio manuum labore acquirunt; item novem vaccas, quarum curam habent supradictae ancillae.

Accusatur etiam mater, quod sit negligens circa rem domesticam, ut timendum sit, ne monasterium ad paupertatem redigatur, nisi mature prospectum sit; et quod rationes non fiunt singulis mensibus.

Das Verfahren des Nuntius war dieses, dass er die Nonnen einzeln verhörte und ihre Aussagen zu Protokoll nahm, wobei jede ihre Klagen und Beschwerden vorbringen konnte. Trotzdem liessen ihm mehrere bejahrte Klosterfrauen ihre Wahrnehmungen durch vertrauenswürdige Personen schriftlich überreichen, da sie, wie sie angaben, fürchteten, durch län-

geres Verweilen im Examen bei den andern Schwestern Verdacht zu erregen und von diesen später zur Rechenschaft gezogen zu werden. Dass diese Besorgniss nicht unbegründet war, ergibt sich aus dem Umstande, dass nach der Visitation die würdige Mutter jede einzelne Schwester zwang, ihr mitzutheilen, was sie dem Visitor geoffenbart hatte — obwohl dieser unter Strafe der Exkommunikation Allen ohne Ausnahme strengste Geheimhaltung der Aussagen anbefohlen hatte.

Dem Nuntius gingen im Ganzen drei solcher Schreiben zu; eines derselben hat er im Wortlaute seinem Protokolle einverleibt:

In nomine dei patris, et filii, et spiritus sancti.

Primo parva devotione et exigua admodum diligentia divina officia peraguntur, ad quae quidem omnino negligenter convenitur.

Crebri et continui ingressus patrum nostrorum plurimorum malorum causa sunt.

Ingressi enim tam levia et impudica verba evomunt, quae omnes seculares ab honestate non omnino alieni, ne dicam personae deo consecratae, merito fugere deberent.

Manent saepe in monasterio usque ad secundum vesperum, dum candelae accenduntur, et ita quidem se vino ingurgitant, ut deliris magis et mente captis, quam religiosis personis comparari possint.

Adeo magno et periculoso amore guardianus et mater tam acriter invicem constringuntur et tenentur, ut utrique conventui periculum ac infortunium non mediocriter impendat.

Sunt etiam aliae sorores et fratres ita dementi amore inter se capti, ut et seculares non ignorent. Neque vero, et si manifestum sit, pudore aliquo inde afficiuntur vel a secularibus abhorrerent; si quidem tam ex verbis quam ex ipsa re haud obscure quivis possit intelligere, eos stupido hoc amoris igne inter se conflagrare. Hinc contigit aliquando, ut soror eiusmodi, patri suo, quem adamabat, vidente et intuente homine seculari, lavaret caput; omittam hic plurima honestatis causa, quae inter patres, matrem et reliquas sorores saepenumero acciderunt et adhuc in dies singulos, etiam in praesentia secularium, non sine magno scandalo fiunt.

Guardianus saepenumero, cum sacrosanctam synaxim sumeremus, intra concionum tempora in choro fuit et cum matre ac sorore *Hungerin* inania multa et levia est nugatus.

Quae contra regulam aliasque constitutiones sacras perpetrantur, ea vel non vel leviter admodum ac negligenter a matre corriguntur. Si vero nonnihil in guardianum vel matrem proferatur, id multo acrioribus et durioribus verbis punitur. Ex quo sequitur, ut verae et rectae oboedientiae levis admodum ratio habeatur et parum exequatur.

Silentium aut omnino non, aut negligentissime observatur. Mater enim licet saepius in capitulo id servandum denuntiet, tamen quoniam ipsamet nihili facit et non observat ac raro etiam puniat, fit, ut eius cohortationes flocci pendantur.

Cautum est in nostra regula, ut magistra iuniorum novitias erudiat et imbuat vera humilitate, oboedientia debita, omnique modestia ac pudicitia, maxime vero silentio regulari. Verumtamen cum magistra iuniorum in his virtutibus seipsam mundum exercuerit et coram iunioribus suis in multis tam levem se exhibeat, maxime vero in insano amore erga fratres, hinc fit, ut duae praesertim iuniorum in operibus et negotiis tam levibus, nimirum *Maria Aicherin* et *Barbara Ketzelmairin*, magistrae suae vestigiis nitantur; et ita nec a magistra nec iunioribus suis, praesertim duabus istis, ullum silentii specimen servatur.

Quoad confessarios nostros magnus est defectus. Habemus enim confessarium in rei veritate parum litteratum et in rebus spiritualibus imperitum; licet autem alius ordinis nostri doctior illo nobis constitui possit, tamen plerumque adeo sunt vitae levis, adeoque amori stulto dediti, ut fructum parvum faciant. Hoc tamen mihi certo persuadeo, quod si patres Iesuitae ad audiendas confessiones ordinentur et substituantur, magnum fructum bonamque vivendi disciplinam subsequuturam. Ad id tamen matrem aegre adduci posse suspicor; in iis enim, quae ad spiritualis vitae perfectionem pertinent, parum elaborare videtur. Deinde vel hac solummodo de causa, quod minoritae patribus Societatis parum faveant nonnihilque offensi sint, eam id non concessuram arbitrator. Memini namque provinciale aliquando dicere, quod si semel Jesuitam aliquem intromittamus, eum acriter admodum nos puniturum manusque auxiliares se nobis subtracturum. Reliqui vero minoritae multo

sunt infestiores multoque vehementiores in Jesuitas. Miseranda haec est res et vehementer dolenda, quod, cum ipsimet a recta via aberrent, alios etiam, proh dolor! impedian.

Praeterea maxime esset necessarium ad posteriorem monasterii portam aliam sororem constituere; ea enim, quae iam istius curam habet, valde incauta est, ministris aliisque personis saecularibus omnia, quae intra clausuram fiunt, manifestat, et in sermone valde libera est et impudica; nomen eius est Ursula *Neumayrin*; huic commode admodum succedere posset *Sabina Schneiderin*, quae, licet sit aetate iuencula, moribus tamen pudicis et honesta conversatione est matura.

Valde timendum est, ne cum fratribus ingressus interdicitur, *Maria Hungerin* custos forte aliquid machinetur, quod minus sit honestum et probum; ipsa enim sola, dormientibus omnibus reliquis sororibus, saepenumero ad mediam noctem in inferiori hypocausto rebus pretiosioribus conficiendis laborat. Sic autem fieri posset, ut per templum intrmittere vel emittere quemlibet, aut ipsamet etiam exire sine ullo impedimento vel suspicione valeret. In huius autem locum, meo quidem iudicio, commodissime constitui posset soror *Barbara Flosmannin*, cui etiam officium iuniorum instituendarum credendum esset. Parum enim et frigide admodum in rei veritate ab *Hungerin* ad pietatem impelluntur et adhortantur.

Regula et statuta nostra nos minoritis esse subiectas non cogunt. Si reverendissima dominatio vestra ea legeret et revideret, utique hoc inveniret; et fortassis non esset inutile, si reverendissima dominatio vestra statuta ea, quae commissarius noster praeteritus ante tres annos nobis tradidit, legeret.

Multa quidem adhuc et infinita alia de sororibus in specie essent significanda, nisi timendum foret, ne per ea cognita fierem. Cum autem hi articuli emendabuntur, omnia etiam reliqua ad meliorem statum et frugem reditura spero ¹⁾.

Sofort nach der Visitation traf der Nuntius Anordnungen, die geeignet waren, die Wiederholung von ärgerlichen Vorkommnissen, wie die Untersuchung sie zu Tage gefördert

¹⁾ Die Namensunterschrift, die im Original vielleicht vorhanden war, fehlt in der Copie.

hatte, möglichst zu verhindern. Am liebsten hätte er die Vorsteherin abgesetzt. Indess hielt er es für klüger, ihr eine Administratorin zur Seite zu geben und reiste dann nach Regensburg ab.

Kaum war er dort angekommen, trafen schon Briefe aus Ingolstadt ein, in denen die älteren Nonnen meldeten, dass die durch die Visitation am meisten kompromittirten Klosterfrauen, die Priorin und zwei andere Schwestern, einen entsetzlichen Skandal im Kloster angefangen hätten, sodass dort kaum mehr zu bleiben wäre. Hören wir darüber Ninguardas eigene Aufzeichnungen :

Visitatis supradictis monasteriis fratrum et monialium, cum tantum temporis non esset, ut scriptae ordinationes relinquerentur, habito utrobique capitulo ordinavi, ut nullus frater, excepto confessore cum socio, monasterium monialium accedat, nec confessor ingrediatur clausuram, nisi in administratione sacramentorum pro infirmis, et tunc cum socio conventuali quocumque, exceptis guardiano moderno fratre Joanne Longo, et aliis duobus, qui peculiarem habent ibi amicitiam.

Item ut porta ex monasterio ad ecclesiam obstruatur vel ita clausa maneat, ut a solis monialibus aperiri non possit. Et porta ecclesiae versus viam publicam habeat seras foris, quarum curam habeant ancillae monasterii, quae habitant extra clausuram, vel aedituus. Et fenestra, quae est in choro, reducatur ad magnitudinem unius palmi tam in latitudine quam longitudine; quorum omnium executionem dixeram me provinciali commissurum.

Ne autem oriretur tumultus ex visitatione, iniunctum est omnibus sub poena excommunicationis, ne quicquid revelarent.

Licet mater propter excessus praeteritos meruisset absolute deponi, nihilominus ad maiorem quietem et pacem tantum declaravi illam esse absolutam, tum iure visitationis, in qua semper moris est, ut nova instituatur electio, tum etiam, quod iam per quinquennium praefuisset ac novam electionem per provincialem futuram significavi. Interea iussi eam esse ad-

ministratricem, adiuncta etiam alia ex senioribus. Provincialis autem monebitur, quid facto opus sit.

Quibus expeditis, et absolutis tam fratribus quam monialibus pro more a censuris, et data benedictione, discessi *Ratisbonam*, unde me ordinationes scriptas transmissurum dixeram.

Quo cum vix pervenissem, sequutae sunt literae a monialibus quibusdam ex senioribus, quibus continebatur per matrem et sororem *Mariam Hungerin* sacristam fuisse compulsas multas moniales, ut omnia revelarint, non obstante praecepto et poena excommunicationis, quae in examine dixerant secreto, ex quo nunc magna sit inter moniales seditio et perturbatio, ex quo fit, ut aliquae piae vehementius commotae firme de discessu cogitent. Deinde quod soror *Maria Hungerin* dixerit, quod omnes insurgent adversus provincialem, quem suspicantur omnia detulisse. Qui si mandaverit, ut portae templi ad interiores monasterii partes vergentis usus omnino tollatur, iuxta decretum reverendissimi nuntii apostolici, quod iam constituerint non oboedire, donec provincialis novus eligatur, et ei universum capitulum hoc iniungat. Et licet deposita mater sit per se satis superba et inflata, nihilominus ad suggestionem sororis *Mariae Hungerin*, quae toti monasterio vult dominari, magis magisque in dies concitatur. Quamvis autem aliquae sint, quae nolint assentire aliarum malitiae, nihilominus partim blanditiis, partim etiam probris inducuntur. Post hanc sororem *Mariam Hungerin* est alia soror *Margaretha Grasmannin* omnium maxime inflata et vehementissima, quae contra superiorem suum magistratum, praecipue vero contra provincialem, magnas et continuas dissensiones et controversias inter sorores excitat. Quibus nisi mature occurratur, timendum est, ne maiora oriantur. Propterea rogatur reverendissimus nuntius, ut primo quoque tempore succurrat.

Als Antwort schickte nun Ninguarda ein an beide Klöster adressirtes und in feierlicher Form im Namen des Papstes erlassenes Reformdekret, das nicht blos historisches Interesse beansprucht, sondern heute noch in mehr als einem Punkte praktische Beachtung verdient. Die am Schluss für den Minoritenprovincial gegebenen Vollzugsbestimmungen streifen

wiederum das Gebiet der bayrischen Kirchenpolitik : für den Fall, dass der Provinzial die Durchführung der vom Nuntius angeordneten Reformen unterlassen sollte, wird der weltliche Arm des Herzogs von Bayern angerufen ; er kann zwei Commissäre schicken, welche die Ausführung des Dekretes betreiben, doch müssen sie aus dem geistlichen Stande genommen sein ; aber er hat auch das Recht, schon bei der ersten Publikation durch den Provinzial zwei geistliche Räte zur Assistenz abzuordnen. Lassen wir nun das bedeutsame Dokument in seinem Wortlaute folgen ¹⁾ :

Ordinationes episcopi Scalensis, nuntii apostolici, pro duobus monasteriis Ingolstadiensibus fratrum et monialium regularis observantiae sancti Francisci.

Frater Felicianus, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Scalensis, ad partes Germaniae superioris sanctissimi domini nostri domini Gregorii divina providentia papae XIII. ac praedictae sedis apostolicae nuntius cum potestate legati de latere et visitator omnium et singulorum cuiuscumque ordinis et sexus monasteriorum etiam dictae sedi apostolicae immediate subiectorum, venerabilibus nobis in Christo dilectis provinciali, guardiano et fratribus ac matri et sororibus monasteriorum Ingolstadiensium provinciae Argentinensis regularis observantiae sancti Francisci salutem in domino sempiternam.

Quanquam in visitatione multa cognovimus ex regulae instituto apud vos fieri ac geri, non pauca tamen etiam animadvertimus, in quibus a recta vivendi ratione et norma disceditur, quaeque monasticam disciplinam facile labefactari temporisque successu monasteria evertere posse videntur, nisi mature succurratur, quibus oportet remediis auxiliisque. Maxime refert ad animarum vestrarum salutem, eam quam a vestris maioribus accepistis, tum scriptorum monumentis comprehensam tum etiam quasi per manus traditam vitae morumque integritatem diligenter observare reque ipsa tueri.

¹⁾ Es steht Var. Pol. CII, 148 ff.

Nec minus momentum habent recte factorum vis et exempla non solum ad monasteriorum bonam conservationem, sed etiam ad longam ordinis propagationem, inde enim multi alii excitari possunt, ut vestra sequentes vestigia idem sibi vitae institutum proponant capessantque. Quare ut officio nostro faciamus satis eamque declarem benevolentiam, qua ordinem vestrum prosequimur, eiusdemque dignitati ac splendori cum universim tum singillatim in primis consultum volumus ad tollendas omnes occasiones, quae hactenus diversis periculis et scandalis fomitem praebebant, sequentes nostras constitutiones vobis praescribendas proponendasque duximus, nec non auctoritate apostolica nobis concessa et qua hac in parte fungimur, tenore praesertim praescribimus proponimusque praedictis provinciali, guardiano et matri pro tempore existentibus in virtute sanctae oboedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae et privationis officiorum districte mandantes, ut eas ad effectum adduci, seduloque observari et custodiri faciant, fratres autem ac sorores transgredientes pro rerum qualitate et exigentia ac prout iuris fuerit, puniant, corrigant et castigant.

Quae oportet cura et diligentia adhibeatur, ut in monasterio fratrum novitii in pietate, regula, moribus et litteris recte instituantur.

Intra quatrimum ab harum constitutionum praesentatione inchoandum ex bibliotheca omnes libri quomodocumque prohibiti secernantur ac facultati theologiae ibidem tradantur, quae si quos poterit emendare, corrigat et restituat, ceteros in ignem coniiciat.

Nulla convivia deinceps in monasterio instituantur, praeterquam prandium, quod senatus solet exhibere quotannis semel. Nec tamen prohibemus, quin aliqui nobiles vel cives, si voluerint devotionis causa cibos secum afferre et in refectorio cum fratribus pro more illorum sub silentio et lectione comedere, id facere possint, ita tamen, ne mensae assideatur ultra horam cum dimidia nec postea etiam fiant computationes.

Fratres invitati etiam guardianus extra monasterium in civitate nunquam cenare, prandere autem raro nec praeterquam bis in mense et sociati possint, et tum meminerint sobrii esse ac in sermone circumspecti. Quod si qui domum vino obruti redierint, illis integro triduo nihil aliud apponatur,

quam panis et aqua, nec per annum liceat eis accedere huiusmodi convivia.

Cum alicui exeundem est extra monasterium, semper habeat secum fratrem socium, quem superior assignaverit.

Intra clausurae septa nullae mulieres cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis et quacumque dignitate ac praecminentia praeditae admittantur. Quod si secus acciderit, declaramus tam mulieres ingredientes, quam fratres introducetes seu admittentes ipso facto incurrere excommunicationem a Pio quinto felicis recordationis sub anno 1566, die vero 24 octobris, pontificatus sui anno primo, latam ac publicatam, et a sanctissimo domino nostro domino Gregorio papa XIII sub anno 1575 idibus iunii, pontificatus sui anno quarto, innovatam et confirmatam, a qua non possunt nisi a Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolvi, praeterquam in mortis articulo. Imo etiam huiusmodi fratres intromittentes eoipso privari dignitatibus et officiis suis, inhabilesque reddi ad illa et alia in posterum obtinenda.

Licet non solum bonorum immobilium possessio vobis prohibita sit, sed etiam interdictus pecuniae contactus, nihilominus moris est, in his maxime partibus, ubi adeo charitas refrixit, ut de eleemosynis multum sit remissum, ut ad emergentes usus monasteriorum pecuniam ex eleemosynis per aliquem secularem receptam extra monasteria apud fidas personas habere possitis. Quare permittimus vobis, ut huiusmodi pecunia in monasterio monialium, ut hactenus factum est, de fratrum tamen scitu asservari in magna arca possit, sub tribus distinctis seris et clavibus, quarum unam mater monasterii, alteram guardianus, et senior inter sacerdotes tertiam retineat. Cumque ex ea pecunia exigente necessitate aliquid accipiendum erit, tradantur claves abbatissae, quae assistentibus duabus aliis monialibus ad id deputatis arcam aperiat, quantum fuerit petatum depromat, arcam bene claudat, et claves restituat.

Nemo fratrum accedat monasterium monialium, exceptis provinciali cum suo socio et confessore pariter cum socio, qui tamen socius nunquam possit loqui cum monialibus, nisi licentia a provinciali in scriptis obtenta. Nec confessor unquam ingrediatur clausuram, nisi cum sacramenta monialibus infirmis administranda erunt, et tunc accipiat etiam secum so-

cium, nec separentur, neque comedant, nec diutius immorentur, quam rei necessitas requisierit.

Quamvis modernus guardianus frater *Joannes Longus* meruerit non modo ab officio deponi, sed etiam aliis poenis affici, nihilominus pro nostra in vestrum ordinem benevolentia huiusmodi negotium patri provinciali committimus, ut ad constitutionum vestrarum praescriptum, et prout opus iudicaverit, hac in parte procedat. Statuimus tamen ac decernimus, ut praedictus guardianus monasterium Ingolstadiense monialium, quamdiu vixerit, ac cetera cuiuscumque ordinis et status monialium monasteria intra decennium non accedat, nec possit haec poena ei remitti, nisi post quinquennium per reverendum generalem totius ordinis vestri, si de ipsius emendatione prius constet; simili modo monebitur idem pater provincialis, ut in alios etiam fratres, quos delinquentes reperimus, pro exigentia animadvertat, ut huiusmodi exemplum ceteros cautiores efficiat.

Confessarius cum monialium confessiones audiet, poterit ibi sumere prandium in hypocausto, quod est extra clausuram, vespere autem semper domum redeat. Cum aliqua monialis erit in periculo mortis constituta, possit etiam pernoctare in eodem hypocausto extra clausuram; quod si animam aget, etiam intus apud illam, semper tamen socio assistente ac praesente et aliquibus ex monialibus.

Porta templi ad viam publicam vergens in posterum duobus firmis pessulis aut seris adhibitis exterius claudatur et aperiat per aedituum aut ancillas monasterii extra clausuram habitantes. Quotiescumque vero claudendum vel aperiendum erit, claves a matre petantur et ad eam statim referantur.

Porta templi interior, ad clausuram monialium aditum praebens, muro intra mensem ab harum constitutionum nostrarum praesentatione computandum obstruatur.

Fenestra communionis cum praeter modum sit magna, redigatur ad latitudinem unius palmi ac longitudinem unius cum dimidio.

Rota, quae est in sacrario, fiat paulo amplior ad exponendos, cum tempus exigit, sacros ornatus maioris pretii pro altarium templique apparatus ac recipiendos, ita tamen ut fenestra, quae ambiet rotam, non sit longior tribus palmis ac

duobus latior. Quod si quid pretiosius per rotam non facile emitti possit, id per monasterii portam fiat.

Confessario in hypocausto extra clausuram prandere liceat, cum moniales confitentes audiet, cui non vinum, sed cerevisia deinceps exhibeatur, tum propter monasterii paupertatem, tum etiam ne minus sobrius (ut aliquando accidit) monialium confessiones excipiat. Idem etiam fiat, cum ei cena domum mittetur.

Cum sacrum concilium Tridentinum sess. 25. cap. 10. « de regularibus » statuerit, ut praeter ordinarium confessorem alius extraordinarius bis aut ter in anno sanctimonialibus offeratur, iniungimus provinciali, ut deinceps ita observetur. Nec probamus, ut ipsemet illarum confessiones audiat, praesertim tempore visitationis, ut hactenus fecit, ne, si quae delinquens punienda et castiganda erit, se ex confessione perditam existimare aut suspicari possit.

Quoniam ex conservatione sanctissimi Christi corporis intra chorum monialium hoc incommodi emergit, ut confessario ad mutandam sacram hostiam saepius introeundum sit, ut aliae multae causae in praesentiarum sileantur, ob quas id fieri sancta synodus Tridentina merito prohibuit¹⁾; si vero inferius in ecclesia asservetur, iam sublata ianua templi ad clausuram tendente, haec oritur difficultas, quod monialibus infirmis communicatio deferri non nisi per viam publicam possit: ut in utroque commoditati serviatur, simulque salutari decreto praedictae synodi satisfiat, committimus et mandamus, quatenus prope fenestram communionis in muro prominentiore loco parvum statuatur tabernaculum habens duo ostiola, unum exterius ad ecclesiam publicam et alterum interius ad moniales, quorum claves confessarius semper apud se habeat, et ibi sacrosancta eucharistia asservetur, semper ardente coram lumine.

Et praescripto concilii Tridentini *sallem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant et sacrosanctam*

(1) Vgl. Capitel 10 der 25. Sitzung de regularibus: *Quod sanctissimum Christi corpus intra chorum vel septa monasterii, et non in publica ecclesia conservetur, prohibet sancta synodus: non obstante quocumque indulto ac privilegio.*

eucharistiam suscipiant, ut eo se salutari praesidio muniant adversus oppugnationes daemonis fortiter superandas ¹⁾. Confessiones autem semper fiant ad fenestram confessionalis et exhortationes sive conciones ad fenestram communionis extra clausuram. In divinis etiam officiis peragendis sint diligentiores quam hactenus fuerunt.

Cum non solum septuaginta annorum usu apud vos ex reformatione iam receptum sit, ut nulla monialis extra septa monasterii pedem efferat, sed etiam sacrum concilium Tridentinum, sess. 25. cap. V de regularibus, iuxta constitutionem Bonifatii octavi praecipiat clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, et ubi inviolata est, conservari maxime debere, statuimus mandamusque, ut eam in posterum quoque retineatis et observetis ad praescriptum bullarum Pii quinti felicis recordationis sub anno 1566, quarto kalendas iunii, pontificatus sui anno primo, et sub anno 1570 kalendas februarii, pontificatus sui anno quinto, editarum, quibus cavetur, ne sanctimoniales ulla occasione et praetextu, nisi ex causa magni incendii vel infirmatis leprae aut epidemiae, quae tamen infirmitas, praeter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumbit, etiam per episcopum seu alium loci ordinarium, etiamsi monasteria ab episcoporum et ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita et expresse in scriptis approbata sit, a monasteriis exire, sed nec in praedictis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare possint; aliter autem, quam ut praefertur, egredientes nec non dantes licentiam, comitantes et receptantes, excommunicationi maiori latae sententiae eoipso subiiciuntur. Extenditur autem haec constitutio etiam ad sorores tertii ordinis, sive de poenitentia nuncupatas, cuiuscumque fuerint ordinis in congregatione viventes.

Parum vero prodesset monialibus egressum interdicti, nisi etiam aliis viris ac mulieribus ingressus prohiberetur. Nemini itaque ex decreto eiusdem concilii Tridentini loco praedicto et bulla sanctissimi domini nostri domini Gregorii papae XIII. sub anno 1575 idibus iunii pontificatus sui anno quarto data ingredi intra septa monasterii liceat, cuiuscumque generis aut

1) Wörtlich aus Cap. 10 der 25. Sitzung de regularibus.

conditionis, sexus vel aetatis fuerit, sine superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda. Dare autem tantum superior licentiam debet in casibus necessariis, quippe confessario administranda sacramenta infirmis, et medico, chirurgo, opificibus, operariis, ac similibus; neque aliis ullo modo possit. Nec provincialis ipse ingrediatur, nisi cum est visitaturus, quod semel tantum in anno ordinarie fieri debet. Et haec excommunicatio extenditur etiam ad moniales intromittentes, super qua sane a nemine nisi a Romano pontifice (praeterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium potest impertiri.

Cum autem aliquis ex supradictis ingrediatur, adsint statim duae saltem moniales ex senioribus, quae semper in eius comitatu maneant, quoad exeat, nec detur ei intus ad comedendum, sed cum primum expedierit quae necessaria sunt, dimittatur.

Ne vero inde impediatur, quominus a consanguineis moniales possint conveniri et commercium operum praesertim texendae telae, quibus monasterii paupertas et inopia sublevari solet, abrogetur, cum locus rotae ac fenestrae, qui est intra duas monasterii portas exteriorem interioremque nimis angustus sit ac parum opportunus, poterit contiguum cubiculum accommodari, ex eoque ita dilatato, ut dictae fenestrae ac rota etiam comprehendantur, auditorium pro huiusmodi usibus fieri, tam rota, quam etiam fenestra cum ferrea crate, paulo magis extensis auctisque, addito etiam pro hieme calefactorio. Quod si opera ipsa, quae afferentur aut efferentur, erunt tantae molis, ut rota capere non possit, eam per interiorem ianuam intromitti licebit, cuius clavis semper apud matrem sit, et quotiens aperiendum est, petatur, nec aperiatur, nisi praesentibus duabus aliis monialibus senioribus ad hoc deputatis.

Cum monialis aliqua convenienda erit a consanguineis aliisve, ne permittatur adiri, nisi assistentibus duabus aut saltem una ex senioribus monialibus ad hoc deputatis. Si quid vero communicandum consultandumque sit circa negotia monasterii cum confessario aut guardiano vel etiam provinciali, id in hypocausto confessionum fiat.

Portae et rotae praeficiatur aliqua ex senioribus prudens, discreta et vigilans, quae etiam sola cum saecularibus longiora

colloquia ne misceat. Si aliter fecerit, privetur officio et alias etiam puniatur.

Si quae monialis defectus monasterii aliis quam superioribus ore tenus vel scripto aut alias quomodocumque revelaverit, sit eo ipso privata vocibus activa et passiva, quousque a superioribus restituatur. Quod si secreto id fecerit, nemine alia sciente, et votum dare vel accipere contra hanc nostram constitutionem audeat, excommunicationem ipso facto incurrat latae sententiae.

Quotidie post matutinum legatur unum caput ex statutis, et tempore mensae vel statim post mensam sub lectionem unum ex regula.

Cum hactenus etiam apud seniores nullus ferme usus silentii fuerit, ordinamus, ut deinceps locis ac temporibus iure constitutionum et regulae debitae exacte observetur. Transgredientes etiam mater teneantur eo ipso in medio refectorii in pane et aqua humi comedere.

Sub indignatione divina praecipimus matri, ut singulis feriis sextis non solum habeat capitulum, ut factum est hactenus, sed sororum defectus etiam in eo diligenter corrigat, ieiuniis, disciplinis, carcere, privatione veli, et aliis modis, prout necessarium et opportunum visum fuerit.

Recta educatio novitiarum maxime valet ad retinendam in monasterio conservandamque regularem disciplinam. Proinde novitiis proponatur aliqua magistra, quae non solum verbis, sed etiam exemplo eas in pietate, modestia, humilitate, pudicitia, silentio, regula, omnique morum sanctitate bene instituere et informare possit.

Cum in more hactenus fuerit apud vos, ut singulis annis tempore visitationis matre deposita nova electio institueretur, hoc ipsum etiam in posterum diligenter servari volumus. Si quae vero secundo ac tertio fuerit confirmata, ea non possit ulterius confirmari seu eligi, nisi interiecto triennio. Idem etiam observetur in aliis omnibus officiis. Quare absoluta ab officio iuxta nostram declarationem sorore *Maria Solome Bergerin*, quae toto quinquennio iam praefuit, collegium sororum praesente provinciali ad alterius matris electionem procedat. Quod autem attinet ad cetera officia, nos ipsi pro maioribus commodo ac pace monasterii aliqua conferri hac vice decrevimus, ac tenore praesentium absolutis prioribus conferimus

sacrarii curam et novitiarum sorori *Barbarae Flossmannin* et portae ac rotae sorori *Sabinae Schneiderin*. De aliis provincialis disponat pro sua prudentia ac rei temporisque exigentia.

Caveant autem officiales, praesertim mater, ne erga sorores se inaequaliter exhibeant, vel parum aequo affectu partes concitent aut foveant, sed omnes cum aequalitate et debita charitate tractent amentque.

Ut omnia cum monasterii utilitate et debito modo fiant, committimus provinciali, quatenus intra octo dierum spatium quattuor moniales ex senioribus instituat et deputet, quas mater in omnibus negotiis monasterii in consilium adhibere debeat; quae *discretae* solent vocari.

Pecuniae monasterii ex censibus, eleemosynis et sororum labore collectae asserventur in aliqua magna arca sub tribus diversis seris et clavibus, quarum unam mater, procuratrix alteram, ac tertiam alia ex senioribus retineant.

Singulis angariis subducantur rationes accepti et expensi in quattuor ad minus seniorum praesentia. Studeant autem mater et procuratrix supervacaneis sumptibus parcere, ne monasterium ad maiorem redigatur inopiam, sed debita dissolvantur.

Difforme videtur et a recta consuetudine ac usu quama-lienum, ut inter professas chorales quaedam velum nigrum, aliae album gerant. Proinde mandamus, ut intra octiduum omnes professae chorales velum nigrum assumant, eoque deinceps utantur; conversae autem ac novitiae album retineant, ut inde ordinum distinctio agnoscatur.

Semel aut ad summum bis in mense balneum ingredi possint, et omnes eodem die, nec extra hoc tempus cuiquam balneare liceat, nisi casu infirmitatis exigente.

Admonemus omnes, ne deinceps dissidia inter sorores quomodocumque serant, iurgia ac rixas moveant, excitent seditiones, conspirationes ineant; sed sint quietis ac pacis studiosae, tranquillitatem et communem concordiam ament, caritatem mutuam amoremque sedulo foveant, nec modo dulce et iucundum sororum nomen verbo, sed etiam reipsa retineant ac tueantur. Secus facientes mater sub poena privationis officii, carcere, aliisque poenis corrigat, emendet et in officio contineat.

Ne, quod antea contigit, in posterum etiam accidat, sub poena privationis vocis tam activae quam passivae ipso facto incurrenda ad triennium prohibemus matri, ne mandet, et aliis omnibus ac singulis monialibus, ne quam vel quas adhortentur et quomodocumque inducant, ut veritatem in visitatione caelent ac subliceant. Quod si quae id fecerit, mandamus aliis, quae scient, sub eadem poena, ut eam vel eas, si plures fuerint, visitatori revelent publicandas.

Licet soror *Maria Solome Bergerin* non solum a matris officio deponi, ut factum est, sed alias etiam luere poenas commeruerit, tum quod saepius in proprio cubiculo solum guardianum fratrem *Joannem Longum* secum retinuerit, tum quod monialibus interdixerit, ne veritatem nobis eas examinantibus aperirent, tum maxime quod contra excommunicationem latae sententiae data opera nos caelaverit summam pecuniae, quam praedictus guardianus apud eam asservabat, praeter alias etiam causas ex visitatione praebitas, quas non commemoramus; nihilominus provinciali puniendi negotium relinquimus, qui tamen ita fungatur officio, ut aliis exemplum statuatur.

Provinciali districte mandamus, ut quamprimum omnes moniales, ab infima incipiens usque ad primariam, examinet ac diligentissime inquirat, num verum sit, quod ad nos perlatum est et certo quasi persuasum habemus, sorores *Mariam Solomen Bergerin* et *Mariam Hungerin* post nostrum discessum partim blanditiis, partim etiam minis induxisse aliquas moniales, ut non obstante interposita excommunicatione illis aperuerint, quae nobis in examine indicaverant. Item praedictas dixisse, quod velint insurgere contra provincialem nec ei oboedire, si mandaverit, ut interior porta templi iuxta nostram ordinationem obstruatur, nisi alius provincialis fuerit electus, et capitulum id praeceperit. Quae si ita esse constiterint, aut saltem alterutrum, illas duas carceri includat nec liberet, absque singulari scitu ac permissu nostro.

Quas nostras constitutiones tam pro fratribus quam monialibus editas provincialis statim publicet, executionique mandet, et mandari curet. Quod si vel ipse officium negligere, aut fratres, vel moniales resistere effectumque impedire conspirentur, rogamus petimusque a serenissimo duce, cui negotium hoc vehementer commendamus, ut auctoritatem

suam interponere velit, duabus ecclesiasticis personis idoneis deputatis Ingolstadii, quae executionis effectum inspiciant ac sedulo promoveant, adiuncto etiam brachii saecularis auxilio, si necessitas postulabit. Quod ut eo facilius et fructuosius praestari queat, decernimus ut eadem personae etiam assistant provinciali publicanti et exequenti et iuvent. In quorum omnium et singulorum fidem ac testimonium his sigillo nostro, quo in talibus utimur, impressione munitis propria manu subscripsimus. *Datum Ratisbonae anno a Christi nativitate 1580 die vero 20 mensis februarii pontificatus praelibati sanctissimi domini nostri domini Gregorii papae XIII anno octavo.*

Die vom Nuntius angeordneten Reformen wurden trotz des Widerstrebens einzelner Nonnen ins Werk gesetzt, die strenge Clausur wieder eingeführt, die bisherige Priorin aber ihrer Stelle enthoben. Die damit unzufriedenen Elemente im Kloster suchten nun ausserhalb desselben Hilfe. Sie wussten einflussreiche Personen, wie den Bürgermeister der Stadt und den Rektor der Universität, für sich zu interessiren, dass sie beim Nuntius um Erleichterung der Clausur und Wiedereinsetzung der deponirten Oberin vorstellig wurden; zu Gunsten der letzteren verwendete sich auch der Provinzial. Ninguarda gab nun kluger Weise in der Personenfrage nach, liess sich aber dafür genaue Befolgung der die Clausur betreffenden Vorschriften versprechen. Sein Sekretär berichtet darüber in einer Anmerkung zu seinem Protokoll:

Post decessum nuntii apostolici monialium aliquae propter clausurae reformationem, aliae ob superiorissae depositionem commoverunt multos, etiam consulem civitatis et Universitatis rectorem, ut intercederent et nuntium apostolicum per litteras rogarent pro restitutione matris depositae et laxiore clausurae observantia, ita ut nuntius apostolicus *Ingolstadtium* itineris occasione redierit et monialibus praescriptam clausurae et aliorum omnium observationem promittentibus matrem etiam de consilio ministri provincialis in pristinum locum restituerit, eam etiam ob causam, quod inter alias nulla reperiretur ita idonea ad regimen monasterii, atque hoc

modo omnia pacata et composita sunt. Imposita tamen est matri debita paenitentia, et melior in posterum vivendi modus praescriptus, quae se omnia facturam promisit.

Hiemit schliessen Ninguardas Aufzeichnungen über seine Thätigkeit im Gebiete der Eichstätter Diözese. Da diese nur zum kleineren Theile unter bayrischer Landeshoheit sich befand, hatte der eifrige Dominikanerbischof, der wohl beim Münchner Hofe, aber nicht beim Eichstätter Fürstbischof accredited war, auch weniger Gelegenheit, ihr seine Aufmerksamkeit zu widmen; gegen die Reformarbeiten in Salzburg, Freising oder Passau kommen die oben geschilderten in Ingolstadt kaum in Betracht. Aber im Zusammenhalte mit dem ganzen reformatorischen Wirken dieses in bester Absicht¹⁾ unermüdlich thätigen Prälaten legen sie uns immerhin den Gedanken nahe, dass der Bischof von Scala zu jenen Männern gehört, deren Namen kein Geschichtsbuch nennt und denen doch das deutsche Vaterland stete Dankespflicht schuldet.

1) Wenn *Sugenheim* erst (S. 249) die Gerechtigkeitsliebe « des Herrn Ninguarda » (Bischof N. nennt sich selber nie Herr, sondern in allen Dokumenten *Nos frater Felicianus*) rühmt und dann (S. 276) sagt, « er hatte kein Interesse der Wahrheit die Ehre zu geben », so erklärt sich das nur aus seiner leidenschaftlichen Voreingenommenheit gegen « die Römlinge und ihre Affiliirten » (S. XXVI ff.), die seine fleissige Materialiensammlung zu einer Tendenzschrift schlimmster Sorte stempelt.